



BOLETÍN DEL CLERO  
DEL  
OBISPADO DE LEÓN.

---

DE SECTA MASSONUM

INSTRUCTIO

SANCTAE ROMANAE ET UNIVERSALIS INQUISITIONIS  
AD OMNES CATHOLICI ORBIS EPISCOPOS.

---

Conclusión (1)

2.º Mens porro est eiusdem Sanctitatis Suae, ut Encyclicae Litterae quam diligentissime evulgentur, quo facilius omnes christifideles intelligant, quam dirum inter eos venenum serpat, quantaque eos eorumque prolem pernicies maneat, nisi tempestive sibi caveant. Tum sollertissima et impensissima opera danda erit, ut remedia tam quae a Pontifice proponuntur, quam quae propria cuiusque prudentia suaserit, adhibeantur.—Primum omnium excitare in hanc rem oportet industriam sedulitatemque parochorum; deinde adsciscenda generatim eorum opera est, quibus a bonorum omnium largitore Deo facultas dicendi aut scribendi tributa est, vel quibus divini verbi annuntiandi vel christianae plebis a culpis expiandae, vel etiam iuventutis instituendae cura demandata fuerit, ut et ipsi labores suos conferant ad detegenda Massonum, aliarumque damnatarum societatum impia placita et infanda molimina, et ad reducendos in viam salutis eos, qui sive temere et incaute, sive consulte et cogitato ad eas accesserint, atque ad illos praemonendos, qui nondum in earum laqueos inciderunt.

3.º Ne quis vero errori locus fiat, cum diiudicandum erit, quaenam ex his perniciosis sectis censurae, quae vero prohibitioni tantum obnoxiae sint, certum imprimis est, excommunica-

---

(1) Véase el número anterior.

tione latae sententiae multari Massonicam aliasque eius generis sectas quae capite 2. n. IV. Pontificiae Constitutionis *Apostolicae Sedis* designantur, quaeque contra Ecclesiam vel legitimas potestates machinantur, sive id clam sive palam fecerint, sive exegerint, sive non, a suis asseclis secreti servandi iuramentum.

4.° Praeter istas sunt et aliae sectae prohibitae atque sub gravis culpae reatu vitandae, inter quas praecipue recensendae illae omnes, quae a sectatoribus secretum nemini pandendum, et omnimodam obedientiam occultis ducibus praestandam iureiurando exigunt. Animadvertendum insuper est, adesse nonnullas societates, quae licet certo statui nequeat, pertineant necne ad has, quas memoravimus, dubiae tamen et periculi plenae sunt, tum ob doctrinas quas profitentur, tum ob agendi rationem quam sequuntur ii, quibus ducibus ipsae coaluerunt et reguntur. Ab his etiam Sacrorum Antistites, quibus germana Christi fides et morum integritas maximae curae esse debet, noverint oves suas deterrendas et arcendas esse, et eo quidem diligentius, quod ob servatam ab iisdem quandam honestatis speciem corruptelae periculum, quod in ipsis latet, difficilius a simplicibus praesertim hominibus et adolescentibus persentiri et praecaveri poterit.

5.° Rem proinde facient sacri Pastores suis ovibus appri- me utilem et Sanctitati Suae periucundam, si praeter commune et usitatum concionandi genus, quod omnino retinendum est, illud adiungent, quod defendendis catholicis veritatibus adhiberi solet, et aptissimum est profligandis erroribus, quos latius et maximo cum animarum detrimento hodie disseminari Apostolicae Litterae *Humanum genus* deplorant. Quod quidem concionandi genus tum erit christianae plebi saluberrimum, cum refutatis erroribus, christianae doctrinae vim praestantiam et utilitatem dilucide et ordine explanabit, et amorem erga catholicam Ecclesiam, quae eandem doctrinam integram incorruptamque servat, in animis auditorum excitabil.

6.° Cum vero vaferrimis sectarum artibus fraudibusque adolescentes, pauperes artifices et operarii facilius allici et capi soleant, ad hos etiam peculiare curae sunt convertendae. Atque ad iuventutem quod attinet, adnitendum summopere est, ut a teneris annis tam intra domesticos parietes, quam in templis et in scholis ad christianam fidem, christianosque mores accurate informetur, et mature doceatur, qua ratione sibi ab insidiis tenebricosarum sectarum cavere debeat, ne si in earum laqueos inciderit, sit ipsi imposterum tam iniquis dominis maximo cum aeternae salutis et humanae dignitatis detrimento turpissime serviendum. Juvenum incolumitati perbene consultum erit, si ex iis conflatae fuerint societates, quae a Beatissima Virgine aliove caelesti Patrono nomen sumpserint. In his coe-

tibus veluti in palaestris, si praesertim iis praeficiantur Sacerdotes laicique homines sapientia et dexteritate praestantes, adolescentes animum sument virtutibus colendis, et religioni aperto ore, contemptis impiorum irrisionibus, profitendae, simulque assuescent horrere quidquid a catholica veritate et sanctitate alienum sit.

7.° Perutile etiam est, hinc patres, illinc matresfamilias fraterno foedere coniungere eum in finem, ut viribus unitis aeternae propriae sobolis saluti rectaeque institutioni aptius studere, et efficacius consulere possint. Plures huius generis consociationes huc illuc inductae sunt, sive de viris, sive de feminis agatur, quae Caelitis alicuius tutelae sese commiserunt, et laetissimos religionis ac pietatis fructus edunt.

8.° De *artificibus* autem et *operariis*, inter quos potissimum delectus haberi solet ab iis, quibus vel ipsa religionis et societatis fundamenta convellere propositum est, ponant sibi ante oculos Sacrorum Antistites prisca illa collegia fabrum, vel artificum universitates aut sodalitates, quae adscito sibi caelesti Patrono anteactis temporibus praeclaro fuerunt civitatibus ornamento, et artibus sive politioribus sive humilioribus incremento. Hos aliosque coetus ex iis etiam hominibus qui mercaturae negotiis vel humanioribus disciplinis sese dediderunt, iterum excitabunt, in quos qui coiverint religionis officia sedulo edocebuntur et obibunt, et una simul in humanis necessitatibus, quas ferre aut corporis aegritudo aut senium aut paupertas solet, mutuo sibi sint auxilio. Qui his coetibus praesunt, sedulo advigilabunt, ut socii morum probitate, operum affabre effingendorum peritia, laborum ferendorum docilitate et assiduitate maxime commendentur, quo facilius, quae ad vitam sunt necessaria, sibi parare queant. Nec detrectabunt iidem Antistites huiusmodi societatibus advigilare, leges proponere aut adprobare, gratiam divitum conciliare, patrocinio suo eas prosequi, ope iuvare.

9.° Neque peculiarem eorum curam fugiet mirabilis illa *precum et operum societas*, quae nonnullis in locis nata, in aliis iam adolescere coepit. Curandum summo studio est, ut in hanc adscribantur quotquot recte de religione sentiunt. Nam cum ei propositum sit, generali quadam animorum consensione in universa qua late patet catholica Ecclesia, religionis ac pietatis opera fovere et amplificare, divinaeque indignationi placandae assidue studere, facile intelligitur quantae ea miseris hisce temporibus futura sit utilitati. Ex precandi autem formulis eam Episcopi commendabunt maxime, quae a Deiparae *Rosario* nomen habet, quamque tamquam praestantissimam amplissimis laudibus haud ita pridem Sanctissimus Dominus Noster prosequutus est et impensissime inculcavit. Inter opera vero pietatis ea eligant, quae obiri ab iis solent qui *tertium* S. Francisci

*Ordinem* profitentur, inter quos sicut et inter sodales S. Vincentii a Paulo vel Marianos quo plures fieri poterit conscribendos curabunt, ut praeclarissima opera quae tanto cum catholici orbis plausu et animarum fructu ab iisdem peraguntur, latius in dies manent.

10.<sup>o</sup> Optimum denique factu esset, si ubi id locorum et personarum adiuncta siverint, catholicae scientiarum Academiae excitarentur, illique perutiles conventus seu *Congressus*, uti vocant, haberentur, ad quos unius vel plurium regionum lectissimi homines deputarentur, eosque praesentia sua Sacrorum Antistites honestare non dedignarentur, ut simul consilia rei catholicae provehendae sub eorum auspiciis iniri et quae tum huic tum publicae utilitati magis conferunt, statui possent.—Neque abs re esset si, qui sibi provinciam depoposcerunt assiduis scriptis et lucubrationibus defendendi Dei et Ecclesiae iura, et recidendi novos qui in dies subolescunt errores et cavillationes, sociato agmine, Episcopis ducibus, dimicarent. Fieri enim non potest, quin, si vires omnes, quae vividae adhuc, Deo opitulante, in Ecclesia vigent valentque, in idem consenserint, uberri mi referantur fructus ad hodiernam hominum societatem ab exitiali iniquarum seclarum contagione vindicandam, et in Christi libertatem asserendam.

11.<sup>o</sup> Quae hactenus proposita sunt, haud ita facile optatum finem assequuntur, nisi vires uniantur, ac proinde nisi Archiepiscopi cum suis Suffraganeis una consuluerint et statuerint, quid facto opus sit, ut Supremi Pastoris desideriis obsecundetur. Cuius, sicut et Supremae huiusce Congregationis in votis est, ut eorum singuli quantocius renuntient, et imposterum quoties statum describent dioeceseon, referre ne praetermittant, quid quisque vel singillatim vel una cum suis in Episcopatu collegis egerint, et quem exitum eorum studia sortita fuerint,

Datum Romae ex Cancellaria S. Officii die 10 Maii 1884.

RAPHAEL CARD. MONACO.

---

## COLLATIONES MORALES PRO MENSE JANUARIO.

---

1.<sup>a</sup>

Quinam videtur esse *Apostolicae Sedis* Constitutionis praecipuus finis? Quænam ex omnibus censuris quæ in jure ecclesiastico continentur per hanc Constitutionem abrogata fuerunt, quæque post eam supersunt?

Ubi inveniri debent quæ in futurum vigent? Quando inter Tridentinum et Pianam Constitutionem videtur conflictus in ejus favorem expectanda est solutio?

Rufinus diversis irretitus censuris in jure anteacto conceptis, aliisque postea in hac constitutione expressis ad te discre-

tum Sacerdotem recurrit rogans absolutionem; quæritur quas interrogationes facere debes a Rufino? quarum indiget absolutione et de quibus tu possis absolvere?

---

*Casus liturgicus.*

Quænam in *Rit. Rom. Past. et de re lit. probatis AA.* præscribuntur circa Baptisterium et Fontem baptismalem?

---

2.<sup>a</sup>

Quibus verbis conceptæ sunt prima, secunda et tertia *Apostolicæ Sedis* Constitutionis excommunicationes? Quos complectuntur hæc tres censuræ? Clara earum explicatio desideratur?

Qui libero-cogitatores atque hæreticos laudat et prótegit, qui Catholico-liberalibus se junxit, qui liberalismo nomen dedit, quamvis vita et moribus honestus videatur, estn his censuris irretitus?

---

*Casus liturgicus.*

Quæ aqua utenda in Baptismo solemni? quæ in necessitatis casu?

---

3.<sup>a</sup>

Quæ sunt quarta, quinta et sexta ejusdem constitutionis censuræ? Quosque amplectuntur? Explicentur totæ tres.

Qui, etiamsi auctoritate constituti sint, Nuncio vel Prælati timorem infligunt vel de sua jurisdictione eos ejiciunt, qui exercitium fori ecclesiastici (quamvis laica potestate in Hispania derogati) impediunt, recurrentes ad forum sæculare, et plansu vel voto suo id ratum habentes, et auxilium præstantes, sunt his in censuris incursi?

---

*Casus liturgicus.*

Quid a Parocho faciendum, si aqua pro baptismo solemniter benedicta non sufficiat?

---

4.<sup>a</sup>

Quæ sunt septima, octava et nona censuræ; quosque damnant et feriunt?

Explicetur unaquæque.

Qui urgent júdices laicos, vel ipsi júdices qui coacti ad se trahunt Ecclesiásticos contra juris ecclesiastici dispositiones, qui coarctant ecclesiásticos in sui juris exercitio, qui Apostolicæ

Sedis dispositiones promulgare impediunt et impredientibus aliquo modo auxilium præstant, suntne his censuris damnati?

*Casus litúrgicus.*

Quanam forma et ritu benedicenda aqua pro baptismo, si solemniter benedicta corrupta fuerit, vel quacumque causa omnino defecerit?

**MISIONES EN VALLECILLO.**

M. I. SR. GOBERNADOR ECLESIAÍSTICO DE LEÓN.

Villamuñío 12 de Diciembre de 1884.

Mi muy respetable Prelado: como tuve el honor de manifestar á V. S. en mi última de 25 de Noviembre, los Reverendos PP. Capuchinos Fr. José de Valdeviejas y Fr. Juan de Valencia salieron del Burgo el día 26 en dirección á Vallecillo en donde anunciaron en el mismo día una segunda misión, habiendo ocurrido en el trayecto un incidente que no dudo causará mucho consuelo al paternal corazón de V. S.

El pueblo de Las Grañeras por donde habían de pasar los humildes PP. dió evidentes señales del buen espíritu con que les había oído en el del Burgo anunciar la palabra divina; un repique de campanas los anunció al vecindario y esto bastó para que saliese á recibirlos un buen número de personas: los Misioneros en vista de tan espontánea manifestación creyeron un deber significar su agradecimiento, y al efecto se encaminaron al templo donde el infatigable P. José subió al púlpito visiblemente conmovido y dió al auditorio saludables consejos, repitiéndose con este motivo los sollozos que de tanto consuelo sirven al alma verdaderamente arrepentida. ¡Quiera Dios que aquellas lágrimas que hasta en la calle se vertían al besar el cordón (que cuelga de la cintura de los PP. Capuchinos) cuando ya iban á salir del pueblo, se tengan siempre presentes!

En Vallecillo esperaba el pueblo en masa á los enviados de Dios con los Párrocos y comisiones de los de Gordaliza, Castrotierra y Villeza; se levantó en alto un precioso estandarte de la divina Pastora regalado á los PP. Capuchinos por una Señora Marquesa y entonando la letanía de los Santos nos dirigimos en procesión al templo con grandes y fundadas esperanzas del buen éxito de la misión.

Efectivamente; terminada á los cuatro ó cinco días la de los niños, cuya comunión general no pudo menos de conmover á los pueblos, dieron principio las confesiones de personas adultas, que fueron muchas, notándose gran concurrencia de hombres. Se impuso el escapulario y cordón de la V. O. Tercera

á cerca de 300 personas y se colccó en lugar proporcionado la Cruz que suelen dejar estos PP. como recuerdo de la misión. Ella será siempre un elocuente misionero que recordará á las almas el infinito amor que J. C. las tiene, y cuán ingratas serían si volvieran á sus pecados, y más á ese pecado horrible que no solo no quiere perdonar la vida al bondadosísimo Jesús, sinó que le deshonra arrojando por el cieno el Sacrosanto nombre de Dios. Creo que la maldita blasfemia que como bestia extranjera se iba introduciendo algun tanto en este religioso país, ha sido herida de muerte.

Repitiendo M. I. Sr. sus votos de acción de gracias á Dios, á V. S. y á los PP. Misioneros queda de V. S. H. S. y S. S. Q. B. S. M.—Francisco Fernández.

### CRÓNICA PIADOSA.

Cumpliendo con el Reglamento, la Asociación de Señoras de S. Vicente de Paul celebró junta general en el palacio episcopal el día de la Inmaculada Concepción á las 12 de la mañana, bajo la presidencia del M. I. Sr. Gobernador eclesiástico S. V.; habiéndose acercado antes á la Sagrada mesa á recibir el pan de los fuertes las Sras. Socias y los pobres, objeto de su ferviente caridad.

Despues de las oraciones acostumbradas y de la lectura de los artículos del Reglamento referentes al acto, el Sr. Presidente significó el profundo pesar que experimenta la Conferencia por la irreparable pérdida del que fué su director desde que tuvo origen, el Sr. D. Jacinto Argüello Rosado (q. s. g. h.), y la satisfacción con que saluda al que ha venido á sucederle, señor D. Fabian Zorita Moncada, esperando de su discreción y celo contribuirá al mayor desarrollo y brillo de la Sociedad.

Leyóse luego por la Sra. Secretaria una memoria en que se espone el estado del personal activo y honorario de que se compone la Conferencia y la gestión económica de la misma desde la anterior junta general.

El Sr. Gobernador eclesiástico tomó entonces la palabra, y en un breve y oportuno discurso, en que espuso consideraciones eminentemente prácticas, exhortó á las Sras. Socias á continuar con creciente ahinco la piadosa obra á que en buena hora se consagráran, dispensando con discreta solicitud á tantos desvalidos como yacen en la abyección y la miseria socorros espirituales y corporales que los saquen de tan lamentable situación, nociva sin duda al cuerpo, pero aun más nociva al alma.

Concluyó la sesión, á que además de las Sras. Socias asistieron muchas otras personas, principalmente eclesiásticos, con las preces que para terminar estos actos prescribe el Reglamento

El domingo 14 la *Asociación de Hijas de María*, sita e .

la iglesia del Salvador de Palat de Rey, honró á su excelsa Patrona la SS. Virgen en su Concepción inmaculada, por la mañana con misa de Comunión, en la que las jóvenes asociadas recibieron el pan de los Angeles, y por la tarde Rosario, sermón que predicó el director de la Asociación P. Vicente Alonso, de las Escuelas Pias y canto de Letrillas alusivas al adorable misterio.

Este mismo día los PP. de las Escuelas Pias del Colegio de San Marcos solemnizaron la dedicación de una nueva y primorosa imagen de la Concepción inmaculada de la SS. Virgen con función extraordinaria, consistente en misa cantada por la mañana, y por la tarde Rosario y motetes en honor del misterio que la imagen conmemora.

El propio día por la tarde celebró su función mensual la Congregación de Guardia y Oración establecida en la Colegiata de S. Isidoro con plática que pronunció el Sr. Rector del Seminario.

El citado domingo, la Comunidad de Religiosas de la Purísima Concepción en justo homenaje á su venerada titular tuvo misa solemne con sermón que predicó D. Sebastián Urra, canónigo de la Catedral, asistiendo al acto, como es costumbre, la Corporación municipal, presidida por la primera autoridad de la provincia.

*LIMOSNA para el más augusto de los pobres de Cristo, Nuestro amantísimo Padre León XIII.*

	<u>Rs.</u>	<u>Cs.</u>		
<i>Suma anterior.</i>	3.374	50		
El Párroco de Castromudarra, D. Juan Antonio González. . . . .	300		El Ecónomo y fels. de Renedo del Monte. . . . .	52
D. Pablo Turienzo de id. . . . .	12		El Párroco y fels. de Villarrobojo. . . . .	92
• Casimiro Fernández y su Esposa. . . . .	8		Algunos fels. de Liguerezana	32
• Isidro Fernández. . . . .	4		El Vicario de S. Feliz de Torío. . . . .	20
• Lorenzo Buiza. . . . .	4		Los feligreses de id. . . . .	110
• Juan Diez. . . . .	2		El Ecónomo de Solanilla. . . . .	10
• Antonia Pérez. . . . .	1		Algunos feligreses de id. . . . .	23 60
Legado que dejó para Su Santidad Doña Catalina González vecina de Villaverde de Arcayos. . . . .	100		D. Simón Arias, Párroco. . . . .	20
El Párroco y fels. de El Burgo Ranero. . . . .	33		El Párroco de Villacintor y algunos feligreses. . . . .	22
D. Bernardo Gómez, Presbítero. . . . .	10		El Párroco de Villamizar. . . . .	40
• Hermógenes García, Presbítero. . . . .	10		El Párroco de Sta. María de los Oteros y los feligreses del mismo, y de S. Pedro y Fontanil. . . . .	170
			Suma. . . . .	4.450 10